GILBERTUS UNIVERSALIS. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS. PETRUS PICTOR. MIRABILIA URBIS ROMAE

Mitte 12. Jh. Seite 21v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36551
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



thau dr: signa. Ingrediatur omne malum eorum. c. te. quod iudis nescire. & deiundemia eos. s. futuris bonis. sicut iundemi me. s. presentibus propter iniquitates m. iuste s. Multi enim gemitus mei. i. excessus. Explicit alfabetum primum. Pascasius in secundum.

PRIORIBUS singulis saphici metri clausulis tenorum uersuum. singulas cum interpretationibus suis literas reddidi. non quod propha elegantie seculari studuerit. aut metro ludere. sed sponte secularis sapia seruit diuine. & quia xx. uo s hebraica elementa. quibus omne quod dr: iniciatur. & finitur. placuit totidem inicia uersuum. eisdem elementis exordiri. ut & poetica deseruiret disciplina. & diuina fulgerent mysteria. Quia uo longum est singulis clausulis singulas literas. cum interpretationibus suis inserere. & exponere. decreui earum conexiones. in principio secundi alphabeti denotare. & lectoris arbitrio reliqui. quomodo singularum literarum intelligentias reddat uersibus suis.

Est autem prima conexio iiii. literarum. ALEPH. BETH. GIMEL. DELETH. hoc est doctrina domus. plenitudo tabularum. Quarum si due iungantur extreme. oficient doctrina tabularum. in quibus. s. lex dei digito scripta est. plenitudo domus. Ex doctrina enim librorum. aut tabularum. plenitudo domus dei efficitur. Sin autem Gimel & Deleth. iunxeris. erit sensus. quod plenitudo tabularum. i. scripturarum. est doctrina domus dei. Quia uo domus salomonis intrinsecus tabulata legitur. per tabulas eos interpretari possumus. quorum latitudine caritatis. domus eminentiora coniuncta ornantur. quorum doctrina est. plenitudo totius domus. que de fonte timoris dei nascitur. ut ad culmen sapie ueniatur. Unde esaias. A timore tuo domine concepimus. & peperimus spiritum salutis. Secunda conexio est. HE. VAV. ZAI. HETH. hoc est ista. & hec uita. Harum si duas extremitates iunxeris. & duas medias exibit talis intelligentia